



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De approbato per Ecclesiam Dei verbo. tit. 177

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

conditionis, erga Ecclesiam Catholicam & magna-  
tum, per debitam obedientiam recte & iuste lega-  
re debent erga aequales & inferiores, vt quan-  
que vis tibi steri, ea quoque alijs facias, Matthæ. 3. 11.  
sic omnia in nobis fiant ordinè & honestè, 1. Cor. 14.

Ideò statuta ecclesiæ quoquè exigi & doceri de-  
bent, atque cæremoniæ. Sic iubet Paulus obseruare  
traditiones, 2. Thess. 2. & Acto. 16. vt ordo confuc-  
tur: sic docentur exempla, & vitæ sanctorum ad no-  
stram imitationem, sicut non verentur facere Eu-  
gelistæ, describentes totam vitam Ioannis Baptiz.,  
Luc. 1. Matth. 3. Marc. 6. vbi natiuitas, cibus, potus, ve-  
stitus, prædicatio, occisio notantur. Ergo & illa licet  
possunt doceri exempli gratia, ad componendam vi-  
tam nostram.

Quartò, Hæretica igitur licentia quæ omnia con-  
temerat, abijcit & prohibito suo statuit, non appre-  
batur ab Ecclesia. Et multa sunt recipienda & docen-  
da in Ecclesia, licet non sunt literaliter scripta. Non  
enim omnia scripta sunt, vt inquit Euangelista Ioan-  
nes ca. vltimo. Nā & totus mundus nō posset capere  
libros, Idèò ordo vitæ bonæ & cultus diuinarum tra-  
ditionum, non sunt reicienda. Semper hæretici  
obiecerunt, Hoc non est scriptū: Ergo non seruandū,  
sic Arriani fecerunt, dicentes, non habetur in Bibili-  
js homousion, ergo non credendum &c. Sanobis  
est traditio Patrum & Ecclesiæ in ijs qui vitam & bo-  
nos mores respiciunt.

### *D E A P P R O B A T O P E R E C- clesiæ Dei verbo.*

#### TITVLVS CLXXVII.

**P**RIMÒ notandum, quod verbum Dei nō  
indiget nostra seu Ecclesiæ approbacio-  
ne. Est enim deus verax, & omnis homo  
mendax, Romanor. 3. Attamen quia  
depravato-

prauatores scripturæ & prophetæ falsi, & antichri-  
tianam plures sunt in mundo, i. Ioan. 2. Ideo opus est  
timonio veteris Ecclesiæ & patrum, vt caueamus  
adulteratores scripturæ, id est, hæreticos & sectas. Nā  
omnis hæreticus purat suum intellectum, & exposi-  
tionem scripturæ esse puram & veram, sicut Euange-  
lam, & omnes cæteros cæcutire, non obstante, quod  
sunt inter se dissident, & à tota Ecclesia Catholica  
recedunt, sicut dicit Augustinus super Ioan. caput 8.  
Omnis hæreticus prædicat Christum &cæt. qualem  
ibi singit, vt Arrius, Manichæus, Sabellius, & sic ad  
suum intentum trahunt scripturam.

Secundò, omnes Catholici in baptismo acceptâ-  
mar Euangelium semel. Roman. 6. quotquot bapti-  
zati Christum induistis. Et in unum corpus ba-  
ptizati sumus, i. Corin. 12. Ad vnam fidem, baptisma,  
Christum, Deum, Ephe. 4. In hoc baptismo omnibus  
nobis per fidem distributa est iustificatio, facti sumus  
inuicem membra. Hanc vnitatem seruare debemus  
usque ad finem vitæ, & manere Catholici, id est, vna-  
vimiter communes Christiani. Ibi semel suscepimus  
verbum Dei, & votum fecimus Deo, & non est aliud  
verbum DEI præter hoc vnicum Euangelium, Ad  
Gal. 1.

Tertiò, quoniam Christus & Apostoli, atque scri-  
puita nobis prædicūt, quod futuri sunt falsi prophe-  
ti, Mat. 24. Surgent pseudoprophetæ. Et Act. 20. Post  
venient lupi rapaces, &c. ideo non debemus sta-  
tim declinare à Catholico & semel suscepto verbo,  
de eius declaratione, sed perseverare in semel suscep-  
tis verbo in baptismo, donec per Ecclesiam & Con-  
cilium fuerit aliter conclusum, sicut fecerunt primi  
Christiani, usq; ad conclusionē & decretum quæstio-  
nis de legalibus per Concilium Hierosolymitanum,  
Act. 15. Et sic conscientia erit securior, qn approbatum  
est verbum per ecclesiam: si quis autem adhæserit  
sectæ

sectæ & illius interpretationi, ille habet contraria:  
tam Ecclesiam Catholicā, neq; certius est, quia quod  
credit & docet, non approbatur per Ecclesiam, quae  
habet mandatum ut probet spiritus, 1. Ioan. 4.

Quarto, Nec curanda est illorum glossa, aut quod  
aliter loquuntur de sacramentis & cærementis. Alia  
enim ex proprijs statuunt. Hæc omnia non sunt ap-  
probata per Ecclesiam, ideo incerta sunt. Ceterū ergo  
pro incerto acceptandū est, interim ergo scriptura ad  
Ecclesia Catholica querēda est, non à priuatis sedis.

Quinto inquires: Ipsi putant se verā habere fidem,  
Euangelium, sacramenta, &c. Resp. Hoc omnes sedis  
putarunt ab initio, & sic faciunt Iudei, Gentes, her-  
tici. Sed non ideo verum est verbum, quod p̄sistunt  
pro Euangelio. Discernendū ergo est verbum appro-  
batum per Ecclesiam, à verbo sectariorum nō appro-  
bato, sed potius condemnato.

*D E V I N C T V R A S E V L I G A M I-*  
*ne Ecclesiæ, id est, excommunicatione.*

TITVLVS CLXXVIII.



Rimò, Christus caput Ecclesiæ <sup>sec. Clas-</sup>  
tholicæ, sic ei p̄uidit, q̄ dedit illi duas  
claves: Primò, clauem consolationis,  
denunciandi Euangelium, & sacra-  
torum administrationem, 1. Cor. 4. Sic  
nos existinet homo, &c. illo aperit cœlum peccatori  
p̄nitenti, & cessanti peccare, & dicitur potestas or-  
dinis. Secundò dedit quoq; clauē excommunicatio-  
nis, quo claudit cœlum impenitenti, & in publica  
peccatis pergenti, aut fidem falsificanti per heretum,  
de quo Christus Mat. 18. Qui Ecclesiam non audierit,  
sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, 1. Corint. 5.  
Cum huiusmodi nec cibum sumite. & 1. Ioann. 2. no-  
tiae dixeritis &c. Ob id excommunicatio dicitur li-  
gamen Ecclesiæ, quo transgressores ligantur.

Secun-